

ctione personarum, in honestioribus relegatio, aut in metal-
 15 lum damnatio in viliorib. *l. ult. ff. d. t. conf. l. 4. C. eod.* De jure
 Saxon. sepulcra & cœmeteria violans rotâ punitur. *per text. in*
Landr. lib. 2. art. 13. quod tamen de tali violatione, quæ cum
 furto aut sacrilegiô potius insigni conjuncta est, exaudien-
 dum putant DD. *Matth. Coler. p. 1. decis. 147. n. 2. Theodor. c. l. lit.*
 16 *v. Carpz. p. 4. c. 34. def. 1.* Hodie ex Electorali constitutione
 deprædatores sepulcrorum poenâ tantum arbitrariâ, fustiga-
 tione nimirum vel simili plectuntur; aliquando tamen ob cir-
 cumstantias delictum aggravantes capitalis infertur. *p. 4. const.*
 34. veluti si violatio mortuorum armatâ manu fuerit facta, aut
 cadavera spoliata non rursus sepulta, aut isthoc delictum sæ-
 17 pius iteratum. *vid. Berlich. d. l. Carpz. c. l. def. 2.* Poenâ arbi-
 trariâ quoque coërcetur spoliatio cadaverum suspensorum.
 18 *Carpz. def. 3. conf. n. 5. h. cap.* Qui autem sepulcra aliô modô
 violant, saxa, marmora, vel columnas auferendo, vel mo-
 numenta destruendo, de jure Saxon. eadem poena obtinet,
 quæ à Constantiô in *l. 4. C. d. sepulcr. viol.* statuta. *Magnif. Dn.*
Struv. Exerc. 48. th. 94. Carpz. Pract. Crim. quest. 83. n. 64. Farinac.
 19 *pract. Crim. L. 1. t. 3. qu. 20. n. 120.* Prædictæ poenæ quando cessant,
vid. Berlich. sæpe c. l. n. 24. & seqq. Theodor. d. l. Et in genere de
 sepulcrorum violatione Dd. *ad tit. ff. & Cod. d. sepulcr. violat.*

CAP. IX.

De Actionibus ob sepulturam

competentibus.

CONSPECTUS.

Jus tribuitur personis, de rebus per actiones. 1. Variæ dantur actiones pro ratione
 damni defunctis illati. 2. Damnum datur inferendo mortuum in locum alie-
 num. 3. Contra hunc datur actio in factum. 4. Causa hujus actionis. 5. qui-
 nam hæc actione teneantur. 6. Ad quid competat hæc actio. 7. Hodie an hujus
 actio-